

M I N D E X

37 An infantes in Limbo patientur poenam carceris, & localis detentionis post iudicium. 71
38 An prolata sententia absolvendum, & dissolvendum sit iudicium. 73
39 An mundus post iudicium secundum substantiam destruetur. 75
40 An Caeli post iudicium sint renovandi, & quomodo. 77
41 An elementa innovabuntur, & quomodo. 80
42 An plantae, & animalia bruta innovabuntur. 82
43 An Mundi conflagratio incipiet ante iudicium. 85
44 Qualis sit futurus ignis conflagrationis. 87
45 Quantum sit futurus ignis conflagrationis. 88
46 Quenam res seu corpora conflagrabit per ignem. 89
47 An etiam homines tunc viventes ignes conflagrabit. 90
48 An etiam homines defuncti tunc resurgentes igne conflagrabit. 92
49 An motus corporum caelestium possit aliquando cessare. 96
50 An motus corporum caelestium cessabit aliquando de facto. 98
51 In quo situ cessabit caelorum motus. 102
52 An cessatio motus corporum caelestium sit sufficiens causa cessandi omnem alium motum, vel mutationem in his inferioribus. 103
53 Quando cessabit motus corporum caelestium. 105

F I N I S.

DISPU:



DISPUTATIO PRIMA.

DE REGULA INTERNA ACTUUM HUMANORUM, SCILICET CONSCIENTIA.



VERITATES ad mysteriorum fidei notitiam praesertim spectantes in procedentibus libris jam explicatae sunt, & discutae, & quidem modo scholastico, ac disputativo in hoc autem ultimo, & supremo libro reliqua Theologicae doctrinae capita, quae magis ad praxim accedunt nec in aliis tractatibus commodè tradi potuerunt examinare intendimus, & quidem facilliori stylo, & magis familiari, ac etiam majori brevitate, & perspicuitate, utpotè qui nedum Religionis nostrae Scholasticis, & Magistris, sed Confessariis etiam, & Sacerdotibus pro conscientiae practicae dirigendis inservire debet. Cum autem haec Theologia Moralis, & practica ad Casus Conscientiae spectans duobus praesertim fundamentis nitatur, ratione, scilicet, & auctoritate; ratione quidem quantum fieri poterit utemur, sed cum in tanta rerum adeò implexarum, & arduarum varietate, & caligine sola ratio ad captivandum intellectum non sufficiat in Christi obsequium in practica enim, & moralibus, in quibus agitur de rebus divinae legis notitia, ejusque observatione, aut transgressione dignoscenda; intellectus humanus plerumque caligat, & deficit; ideo auctoritate, tamquam certiore, & fidei magis amicae rationi adiungemus, & quidem in primis Sacrae Scripturae, ut praecipue nostrae fidei Magistrae, & veritatum fidei lucernae, deinde Conciliorum, Summorumque Pontificum, necnon SS. Patrum, & denique Doctorum maxime probatorum, adeo ut pauca, vel nihil ex proprio ingenio proferemus; sed omnia, & singula vel ex Sacra Scriptura, vel ex Conciliis, & Patribus, vel ex ipso jure Canonico, & probatissimis Auctoribus juxta materiarum varietatem edocueimus. Quoniam verò Conscientia proxima, & intrinseca regula humanorum actuum à Theologis appellari solet cum D. Thoma p. 2. q. 1. art. 4. & Scoto quolib. 1. s. sub lit. E. ideo exordium nostrarum Disputationum ab ea sumemus, declarando quid sit Conscientia, & quomplex, & quom, ac qualis sit ejus obligatio, siquidem de actibus humanis sufficienter egimus l. 2. sent. disput. 5.

QUESTIO PRIMA.

De quidditate Conscientiae.

Quoniam Conscientia, ut diximus, à Theologis communiter regula proxima, & interna actuum humanorum appellatur, licet enim lex aeterna, lex naturalis, lex positiva divina, & humana sint regulae illorum, quatenus nobis praescribunt bonitatem, vel malitiam, convenientiam, vel inconvenientiam obsectorum, non sunt tamen proxima, & interna regula nostrarum actionum, cui nempe proxime conformari debeant, ut bona, vel ab ea recedere, ut male dicantur in genere moris, sed remota tantum, & extrinseca, ut dicemus disp. seq. de legibus; ideo ad dignoscendum, quis sit actus humanus proprie dictus, recolendum est ex d. c. l. 2. Mastris Theog. Moral.

de senten. disp. 5. cit. qu. 1. ab initio actus illos, qui ab homine eliciuntur dupliciter spectari posse, ut D. Thomas advertit p. 2. q. 1. art. 1. & consonat Scotus 2. d. 4. s. 1. infra C. & 4. d. 6. q. 5. infra B. primò in genere naturae, quoad suam naturalem entitatem praecise, deinde in genere moris quoad suam libertatem cum qua exercetur, & quoad ea, quae in ipsa libertate fundantur, ut esse capaces laudis, vel vituperii, meriti, vel demeriti, ut ait Scotus quol. 18. sub lit. F. hoc posteriori modo dicuntur verè, & proprie actus humani, priorè verò modo dicuntur tantum actus hominis; unde fit, ut actus humanus ille proprie dicatur, qui fit ab homine, in quantum homo, & quatenus dominus suorum actuum, quando nimirum per rationem, & voluntatem operatur, in hoc igitur sensu de actibus humanis sermo est in hac Disput. & illorum regulam proximam, & internam in hac quaestione vestigamus.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Conscientia, & in qua potentia resideat.

Primo in hac quaestione conveniunt omnes Conscientiam esse aliquid intra animam nostram existentem, non verò aliquid extra ipsam, siquidem in Sacra Scriptura juxta SS. Patrum expositionem, Conscientia nostra vocatur Cor. Job. 1. neque enim reprehendit me cor meum, & ad Roman. 2. Offendens spiritus legem scripturam in cordibus suis; Unde sententia Origenis l. 2. in Epist. ad Roman. ab omnibus rejicitur, ubi asserit conscientiam esse quandam substantiam spirituales ab anima nostra distinctam, & separatam; illique per modum Angeli Custodis assistentem, ut nostras actiones dirigat, & moderetur, eaque tamquam justus Censor pro merito approbet, vel reprobet: Quaevis tamen est an ad intellectum pertinet, vel voluntatem, de qua agit Doctor noster 2. d. 29. qu. 1. & 2. Nec defuerunt ex antiquioribus, qui dixerunt ad voluntatem pertinere, quia Conscientia in Sacra Scriptura interdum dicitur bona, & interdum mala; bonitas autem, & malitia ad voluntatem pertinent, non ad intellectum; ergo &c.

4 Communis tamen sententia docet cum Scoto loc. citat. ad intellectum Conscientiam pertinere, sicut, & Synderesim, & esse aliquid illi inhærens; quod probat Doctor ex modo loquendi Sacrae Scripturae, nam Ecclesiast. 7. habetur: Scit enim conscientia tua. Hoc idem deducitur ex ipsa nominis aetymologia, dicitur enim conscientia, quasi cum alio scientia, nempe cum opere, seu scientia applicata ad opus; aut quasi concludens scientia, importat enim iudicium practicae conclusionis, quo intellectus judicat hic, & nunc quid fit agendum, vel non agendum. Denique hoc idem suadet ratio, quia Conscientia aliquando dicitur vera, aliquando falsa, interdum erranea, vel dubia, vel probabilis, quae voluntati convenire non possunt, sed tantum intellectui, in quo solum veritas, scientia, error, & opinio reperiri possunt, non in voluntate. Nec obstat, quod etiam vocetur recta, bona, vel mala, quae ad voluntatem pertinent, hæc enim omnia attributa Conscientiae conveniunt denominativè, & objective, cum enim dicat bonum, & rectum dicitur bona, & recta ex parte objecti moralis, &

ter illa duo extrema mentiri, & non mentiri ad tuendam proxi- mi vitam datur medium, nempe vincere, & deponere erro- rem, quia potest, ac debet id prestare, dum supponitur error esse vincibilis, & cum sit in libera eius potestate, tenetur talem errorem deponere, & formare contrarium iudicium, scilicet, quod nunquam sit licitum mendacium, & ita non manebit perplexus: quod si non faciat, manebit perplexus ob negligentiam deponendi talem errorem, ac proinde quod sit in tali la- berintho, ut quicquid faciat, vel non faciat peccet, sibi soli imputari debet.

34 Itaque concludendum, est quod etiam in casu posito, quod talis conscientia erronea perseveret, homo in tali statu constitutus nec sequi talem Conscientiam debet, nec contra eam facere, sed potest ac debet eam deponere cum sit error vincibilis, & culpabilis, & tunc operari. Quod si dicas posse esse in tali occasione, ut non possit talem Conscientiam deponere, ut v. g. si aliquis non adit, a quo possit consilium petere, & veritatem addicere; Respondeo in his, & similibus casibus illam conscientiam ex tali occasione reddi invincibilem, siquidem qui illam habet non potest hinc, & nunc eam superare, & deponere, ut notat Faber loc. cit. & tenet Ovidius tract. 5. controv. 2. punct. 1. cum pluribus aliis; ac proinde sequendo illam non peccabit iuxta dicta superius de conscientia invincibiliter erro- nea, & ita non manebit perplexus.

Dices, neque peccare etiam si conscientia non reddatur invin- cibilis, quia voluntas tendens in obiectum bonum putatum malum est malum; ergo tendens in obiectum malum putatum bonum, est erronea, & vincibiliter, erit bona. Conscientia patet, quia voluntas non fertur in obiectum secundum se, sed ut a ratione proponitur, ergo si fertur in obiectum per rationem propositum, ut bonum, erit bona, est re ipsa sit malum. Con- firmatur, quia contingere potest, ut dum tale obiectum proponitur, nulla actu pulset animum dubitatio de obiecti malitia; ergo in tali casu illud sequi nullum erit peccatum. Respondeo ne- gando consequentiam, quia bonum dicitur esse ex integra cau- sa, malum autem ex quoque defectu: cum igitur ad boni- tatem actus moralis non sufficiat, ut obiectum proponatur sub ratione boni, & honesti, sed requiratur etiam, ut proponatur secundum regulas prudentie, quae dicit obiectum esse volun- tati proponendum omnibus circumstantiis examinantis, eju- que honestatem cum omnibus regulis collata, ergo illud propo- natur, tanquam bonum, & honestum, non poterit actu suam honestate tribuere, nisi tali adhibita diligentia iuxta regulas prudentie. Ad confirmationem rursus neg. conseq. sicut enim non excusatur a peccato, qui probabiliter praevident se in ebrie- tate multa contra rationem facturum, inebriatur ita neq; omni- nio excusatur a culpa in casu proposito, si operans ex tali igno- rantia culpa sua in hoc incidit, ut quando operatur nulla actu pulset animum dubitatio de obiecti malitia, saltem si illud proba- biliter futurum praevidit; ex quo ad summum inferri potest, quod ille non peccet, dum actu operatur conscientia tunc non clamante, sed solum in causa, quando, scilicet probabiliter praevidit se in tali ignorantia operaturum, & ad eam tollendam debitam non adhibuit diligentiam.

35 Itaque ex dictis duplex colligitur discrimen inter con- scientiam errantem ex ignorantia vincibilis, & conscientiam erran- tem ex ignorantia invincibilis: Unum est quod quando obiectum malum voluntati sub ratione boni perfectae, & prudenter proponitur, quod evenit, quando ex ignorantia invincibili pu- tatur esse bonum, tunc actus voluntatis ab eo sumit bonitatem in genere moris, quia regulae prudentiae sunt sufficienter adhi- bitae; Quando autem obiectum malum imperfectae, & impru- denter proponitur voluntati sub ratione boni, quod evenit, quando ex ignorantia vincibilis, seu culpabili putatur esse bonum, tunc actus voluntatis ab illo bonitatem non sumit: Et simile experiri in intellectu; quando enim principia eviden- tia, & per se nota perfecte applicantur per discursum, tunc evi- dentem conclusionis assensum efficiunt, & scientiam pariunt, quando autem imperfectae applicantur solum probabilem, & apparentem assensum efficiunt, & opinionem pariunt. Alterum discrimen est, quod etiam notavit Amicus disp. 15. sect. 2. in fine, quod operans ex conscientia dictante ex ignorantia vin- cibilis aliquid esse veniale, quod re ipsa est mortale, peccat mor- taliter; & contra vero operans ex conscientia dictante ex igno- rantia invincibili aliquid esse peccatum veniale, quod re ipsa est mortale, peccat venialiter tantum. Ratio discriminis est, quia conscientia erronea ex ignorantia invincibili solum obli- gat operantem pro qualitate culpa, quam voluntati proponit conscientia, vero erronea ex ignorantia vincibilis illum obligat etiam pro qualitate culpa, quae re ipsa est, eo quod ignorantia vincibilis a culpa non excusatur, unde si re ipsa culpa est mortalis, etiam si operans putet illam esse venialem, mortaliter peccat;

Unde limitanda est regula illa generalis, quae communiter as- signari solet ad dignoscendum, quale peccatum sit agere contra conscientiam erroneam; nimirum quod si Conscientia erronea dicat aliquid esse peccatum veniale, peccat venialiter, si mortale, mortaliter, quia tota hujus malitiae ratio in eo con- sistit, ut contra conscientiam errantem dictantem sit opus, atque idem talis, & tanta sit malitia qualem, & quantum conscientia dictaverit, haec inquam, regula generalis limitanda est in con- scientia vincibiliter errante, & de peccato veniali, nisi a parte rei esset mortale; quia tunc operans adhuc mortaliter peccat, quia ignorantia vincibilis non excusat.

36 Hic autem triplex occurrit Difficultas. Prima est, cum supra dictum sit hominem peccare sequendo Conscientiam vin- cibiliter erroneam, ac etiam pariter peccare non sequendo illam, quod istorum sit majus peccatum, an sequendo illam, vel faciendo contra illam; Communis opinio dicit non posse in hoc assignari regulam generalem, sed unum, vel aliud peccatum fore gravius iuxta diversitatem rerum, & obligationis ex con- scientia orientis, & ex oppositione ad majorem, vel minorem virtutem, ex qua gravitas peccatorum pensatur, ad quod de- clarandum omnes hoc exemplum adhibere solent v. g. si vin- cibiliter putet quis se teneri sub mortali ad mentiuendum se hu- vanda vita innocens, magis peccat non conformando se huic conscientiae erroneae, quam illam sequendo, nam si non men- tiatur sit reus homicidii, & peccat contra charitatem, & iusti- tiam; quod si mentiatur, sit tantum reus mendacii venialis of- ficii; ex adverso autem aliquando est gravius peccatum sequi conscientiam vincibiliter errantem, quam contra illam face- re, v. g. si quis putet furandum esse, ut postea dicit elemofy- nam; hic enim si fuerit, peccat mortaliter, si non fuerit pec- cat tantum venialiter, praetertim si putaverit se tantum sub pec- cato veniali obligari ad dandum elemofynam. Ita Suarez, Vas- quez, Corduba, Lezana, Becanus, Averfa, Caspensis, Ami- cus, Tannerus, Ovidius, Arriaga Montanos, Cornexo, & alii passim hinc unanimitur deducentes deceptum esse Basilio- num nostrum 2. dist. 39. quest. un. art. 3. eo quod ibi absolute dixerit, plus peccare illum, qui sequitur Conscientiam erro- neam vincibilem, quam qui operatur contra eandem, cujus ra- tio est, quia obligatio ex conscientia erronea est obligatio a persona inferiori, obligatio vero opposita est ab ipso: Deo; atqui potentior est obligatio Divina, quam humana, ergo mi- nus obligat Conscientia erronea, quam opposita lex contra- rium imperans.

Hanc communem opinionem libenter amplector, ac non censuram contra Basilio factam; cum enim inquit plus pec- care illum, qui sequitur Conscientiam erroneam vincibilem, quam qui contra eam operatur, non absolute loquitur de qua- cumque tali Conscientia in materia mortali, vel veniali, sed loquitur de Conscientia erronea in determinata materia per legem Divinam praepcepta, ut non fallum testimonium dices, non fornicaberis, &c. ita enim ibi dicitur. Videtur mihi di- cendum, quod agens secundum Conscientiam erroneam, vel errantem circa legem Dei, quam ignorare non debet, & cujus ignorantia non est sibi invincibilis, gravius peccat, quam agens contra Conscientiam talem, ratio est, inquit, quia lex super- rioris plus obligat, quam lex inferioris, & per consequens trans- gressio legis Divinae secundum Conscientiam erroneam gravior est quam transgressio legis Conscientiae errantis. Hac ibi Bas- solius, ex quibus clare constat non absolute loqui, nec abso- lute docere majus peccatum esse se qui Conscientiam erroneam vincibilem, quam contra eam operari, ut ei a Recentiori- bus imponitur, sed loqui in determinata materia per legem Di- vine praepcepta; supponit enim Conscientiam erroneam accipi in determinata materia, prout est propositio legis contrariae legi Divinae, in quo casu satis fundate dicit transgressionem legis Divinae secundum Conscientiam erroneam gravio- rem esse, quam sit transgressio Conscientiae errantis ex ignorantia vin- cibilis.

37 Altera Difficultas est; Utrum necessarium sit actu adesse iudicium Conscientiae contra quod operatur, ut dicatur agere contra Conscientiam, an satis sit illud tempore praecessisse, & virtualiter tantum perseverare per oppositum iudicium non revocatum, Vasquez disp. 60. cap. 3. Amicus disp. 15. sect. 2. Arriaga disp. 22. sect. 5. subsec. 4. & quidam alii asserunt, ut quis dicatur contra Conscientiam operari, debere illam tunc, quando actu operatur, aliquo modo, vel per plenum iudicium, vel saltem per aliquam dubitationem reclamare: alioqui, ut arguit Vasquez loc. cit. omnia opera infidelium essent mala, & contra iudicium propriae Conscientiae quod semel dictavit omnia opera ad falsos Deos esse referenda. Alii vero censent suffi- cere, si illa praecesserit, & non sit retractata, eo enim ipso face- re aliquid ipsi contrarium erit peccatum; quod satis consonat dictis

dictis superius quaest. 1. art. 1. num. 5. ubi dicebamus ad boni- tatem, & malitiam humanarum actionum opus non esse, quod dicantem conscientie sit semper actuale, sed intermedium suffice- re, quod sit virtuale; nam si hodie v. g. habeam bonum dictan- tem actuale jejunandi cras, si cras non cogitandum, nec novum dictantem eliciendo jejuno, adhuc ille actus erit moraliter bonus, quia est conformis intermedium etiam solum habituale sufficere; alioquin si maritus sibi interduci uxorem suam cogno- scere, quia honestum est, si eam deinde cognoscit non iudican- do actu, an sit honestum, nec ne, dicendum esset illum non re- de operari; si ergo ad refundendam bonitatem in humanos actus non est necessarium rectum dictantem conscientie actuale, sed sufficit virtuale, & intermedium habituale, quod jam praecessit; tanto magis id asseri poterit de dictantem erroneo conscientie ad refundendam malitiam, & ut quis contra conscientiam operari dicatur plus enim ad bonum requiritur, quam ad malum, cum bonum fit ex integra causa, malum vero ex quoque defectu. Nec ratio in oppositum adducta aliquid urget, quia tunc Gentilis post iudicium illud erroneum quod praecessit, faciendo elemofynam, vel aliud opus morale bonum, nihil agit proprie contra praecedens iudicium; & quod ad summum pra- tendinge possunt auctores prioris sententiae est, quod actiones illae, quae ferant contra iudicium erroneum, quod jam praecessit, non sunt habiturae tunc novam malitiam, & novam ratio- nem peccati, sed pure denominantur peccatum, quia admodum ebrietas denominatur peccatum, etiam tunc homo non pec- tet de novo; quod totum nos quoque libenter concedimus; & hoc asserendo res haec quod enim de nomine reductur, ut ait Arriaga loc. cit. cum enim dicunt, ut quis contra conscientiam peccare dicatur, debere illam tunc actu existere, & reclama- re, hoc requiritur, ut talis actio novam malitiam habere dicatur, & novam rationem peccati, gratis concedendo, quod tale iudicium erroneum praecedens sufficeret ut talis actio vir- tute illius elicta diceretur peccatum in causa, quod nos in- tendimus.

38 Ultima tandem Difficultas est; quomodo conscientia, erronea sit deponenda; certum enim esse debet deponi posse; nam si agitur de conscientia erronea vincibilis, facile potest de- poni; si debeat adhiberi diligentiam, applicando intellectum ad id attentive considerandum, in quo se falli suspicatur, & dis- cursum ex primis principis per se notis agibilem ad suum errorem agnoscendum. Si vero agitur de Conscientia invin- cibili, haec etiam facile deponi potest per consilium prudentioris, vel sapientioris, ut habetur Proverb. 13. qui agunt omnia cum consilio, regantur sapientia, & Ecclesiast. 32. Fili sine consilio nihil facias. Queritur ergo de modo, quo deponi potest, & quando deponi debet. Communis sententia asserit contra Cajeta- num q. 19. art. 5. ex solo imperio voluntatis non posse conscientiam erroneam deponi, sed requiri aliquam rationem moven- tem intellectum ad opinandum contra id, quod conscientia erronea dictabat, & hoc intelligitur si conscientia non fuit teme- re, sed cum aliquo fundamento concepta; tunc enim requiritur aliqua ratio probabilis movens intellectum ad eam deponen- dam, alioquin temere deponeretur, vel etiam auctoritas probabilis, per quam mens retractat priorem assensum, & sibi contrarium persuadet: Quod si conscientia fuit temere, & absque fundamento concepta, tunc utique absque ulla ratione deponi potest, iudicando ipsam sine ratione, & fundamento fuisse conceptam, quia ut docet regula juris, res per quas causas nascitur, per easdem dissolvi potest; ita Vasquez, Medina, Navarrus, Salas, Corduba, Reginaldus, Bonacina, Merola, Sac- cus, Gravados, Diana, & alii morales passim.

39 Quando vero talis conscientia sit deponenda optime de- clarat Scotus 2. report. dist. 39. sepe cit. ubi ut etiam advertit Vulpes disp. 71. cit. art. 6. duplicem statuit erroream con- scientiam ex ignorantia vincibilis, unam de praepceptis negati- vis, quae obligant ad semper, & pro semper, ut praepceptum, non occides, obligat, ut pro nullo tempore sit licitum occidere; alteram de affirmativis, quae obligant ad semper, sed non pro semper, scilicet, ad nunquam habendum actum contrarium, & pro tempore determinato ad actum praepcepti eliciendum, ut praepceptum diligendi Deum super omnia obligat pro nullo tempore licitum esse odium Dei, & pro tempore determinato necessarium esse actum amoris. Quia distinctione praemissa in- quit Doctor conscientiam erroneam de praepcepto negativo esse statim sine mora deponendam, quia nisi tunc deponatur, ponit eo ipso hominem extra statum salutis; nam statim v. g. con- scientia proponente homicidium licitum, si committatur, lex Dei violatur; si omitteratur, a regula obligat secundum ratio- nem erroneam receditur; ergo quocumque se vertat habens ta-

lem conscientiam sit perplexus, & extra statum salutis, nisi eam statim deponat. Conscientiam vero erroneam de praep- cepto affirmativo ait saltem deponendam esse pro tempore indu- cente implementationem talis praepcepti; hoc enim habet determina- tum tempus implementationis, atque idem habens conscientiam erro- neam, quod illud non obliget, five illud implicatur ante de- terminatum tempus, five non, omisso non esse culpabilis; at adventiente obligationis tempore, si tunc iuxta conscientiam erroneam omitteratur, lex Dei violatur, atque idem conscientia erronea de affirmativo praepcepto non est necessaria sine mora deponenda, quia stare potest eam habens per aliquod tem- pus sine peccato, quocumque se vertat, & quaecumque par- tem eligit.

ARTICULUS TERTIUS.

Quid de Conscientia scrupulosa sentiendum sit, & quomodo sit deponenda.

40 Aliqui conscientiam scrupulosa cum dubia confun- dere videntur, ut Vulpes noster disp. 73. artic. ul- tim. cum tamen satis inter se differant, ut constat ex dictis quaest. 1. artic. 2. quia scrupulosa supponit determinat iudicium ratio- nis ad unam partem, licet ex levis motivis, & fundamentis dubia, vero nec assensu determinat uni parti contradi- ctionis, nec ab ea dissentit, sed anceps manet, & propter rationes utrius- que aequaliter moventes non inclinatur magis in unam, quam in alteram partem; Itaque per conscientiam scrupulosa nil aliud intelligendum est, nisi iudicium quoddam imper- fectum ad unam partem determinatum, ex inani aliqua, & frivola ratione ortum, quo quis suspicatur, vel timet ibi esse peccatum, ubi vera non est; Ex quo patet iudicium illud falsum esse, & sic conscientiam scrupulosa esse quamdam re- luti speciem conscientiae errantis, ac proinde idem dicendum esse de conscientia scrupulosa, quod de erronea vincibili jam dictum est artic. praeced. alias intarere periculum peccandi, si quis ea non deponat secundum ejus dictamen operetur, vel non operetur. Addunt tamen communiter Doctores licitum esse operari contra conscientiam scrupulosa suggerentem aliquid esse malum, adhuc ea conscientia interne non deponita, dum tamen scrupulosus sequatur Confessarii dictamen, vel alio- rum Doctorum doctorem non obstante tali conscientia, si- ve iudicio licite posse operari; licet, inquam, id facere contra conscientiam scrupulosa, & contra proprium iudicium scrupulosa, quia hoc nititur solum levis rationibus, & minime probabilibus, & est iudicium imperfectum, ac imprudens di- ctamen, & veluti opinio improbabilis, quibus licite, & laudabiliter resistitur.

41 Confirmatur, quia ut bene Lezana discursit disp. 12. c. quaest. 7. quoties adest iudicium determinatum, & pruden- tiale intellectus circa honestatem alicujus actionis, volun- tates potest omnibus aliis postpositis ipsi conformari; sed cum conscientia scrupulosa v. g. quod potest opus jejuniium fran- gat, potest stare iudicium determinatum prudentiale de opo- sito, scilicet, quod non frangat illud, ergo volentes in tali casu, contempta conscientia scrupulosa, potest hoc practicum iudicium prudentiale sequi. Sed Dices conscientia scrupulosa, ut modo dictum est, importat iudicium intellectus, licet im- perfectum, quo iudicatur aliquid v. g. esse malum, ergo stare non potest in intellectu aliquid iudicium, quo iudicet illud esse bonum, siquidem duo iudicia contraria in eodem intell- ectu, simul, & semel esse non possunt.

Respondeo cum eodem Auctore, quod licet frequenter haec conscientia alicuale iudicium intellectus importet, & propterea suspicio levis dicatur, nihilominus saepe etiam, vel non est nisi quaedam formido voluntatis, qua timetur peccatum, ubi non est, vel quaedam imaginatio de eadem re, vel quia est levis suspicio intellectus & fluctuans, ac cito transiens, pro- inde in intellectu locum relinquat pro iudicio de termina- to contrario. Quando autem est iudicium intellectus, cum non sit firmum, fixum, aut perfectum, sed leve, tenue, & imperfectum, poterit etiam stare cum iudicio determinato contrario, sicut qualitas intensa, v. g. calor potest esse in eodem subiecto cum qualitate contraria remissa, praesertim cum haec duo iudicia sint ex diversis motivis, & fundamentis.

42 Sed obicies non licere contra conscientiam scrupulosa agere, quia ex cap. Inquisit. de sent. excom. habetur conju- gem habentem scrupulosa circa valorem matrimonii non posse debitum petere, nisi prius deponat conscientiam levis, id est, scrupulum, ergo operari non licet contra conscientiam scrupulosa, scrupulis nondum depositis. Confirmatur ex communi axiomate Canonistarum, quod in dubiis rursus pars est

nihil aliud est, nisi iudicium intellectus practici dictans, quid sit à nobis hic, & nunc faciendum, vel non faciendum ex primis principiis practicis deducum per modum conclusio- nis, sive mediata, sive immediata; quia vero intellectus ita iudicando aliquando est certus, & tunc dicitur Conscientia recta, seu certa, ut alii loquuntur; aliquando errat, & dicitur Conscientia erronea; quandoque probabiliter opinatur, & dicitur Conscientia probabilis, seu opinans; quandoque dubitat, & neutri parti determinatum præbet assensum, & dicitur dubia, & tandem aliquando scrupulis agitur, dicitur scrupulosa.

14 Sexto itaque de singulis agendum est in sequentibus, & videndum qua ratione quivis obligetur quocunque in casu Conscientia dictamen sequi; & quidem loquendo de iudicio, & dictamine Conscientie rectæ conveniunt Doctores ita hominem obligare, ut delinquat, & peccet, nisi illud in operando sequatur, quando nimirum aliquid præscribit, ut faciendum, vel fugiendum sub præcepto, & non tantum sub consilio, & ratio deducitur ex dictis artic. præc. quia Conscientia maxime recta, & vera est regula proxima nostrarum actionum applicans alias regulas, & leges æternam, naturalem &c. per illud sequidem iudicium voluntati innoscit, & quasi intimatur bonitas moralis, vel pravitas objecti, circumstantiarum, & finis; ergo voluntas à regula sua deviat, ac proinde peccat nisi conscientiam rectè præcipientem sequatur, quam si non sequitur, recta non erit, quia suæ regulæ conformis non erit; ita præsertim Bassol. nosser p. 2. d. 39. q. un. a. 4. & Nicolaus de Nisse tract. 2. p. 2. q. 11.

15 Dices, voluntas aliquando est recta, & tamen non est conformis rectæ rationi, sed conscientie erroneæ, ut infra patebit; ergo non semper necessaria est hæc conformitas, ut voluntas sit recta. Respondeo ex doctrina iam tradita disp. cit. de Actibus humanis quest. 2. de conscientia probabilis num. 95. & 96. quod ad regulandam, & rectificandam conscientiam non semper est necessaria veritas iudicii speculativa, sed quandoque sufficit practica, unde duplex est recta ratio speculativa, & practica; tunc ratio speculativa recta dicitur, quando conformis est rei, quam enunciat; tunc practica, quando prudenter voluntatem dirigit, ea nimirum proponendo voluntati, quæ adhibita morali diligentia iudicat esse honesta, & legi contentanea, etiam si forte erret ex invincibili ignorantia, ut fuscè declaratum est loc. citat. Ut ergo voluntas recta censetur in genere moris, non semper opus est, quod rectæ rationi speculativè sit conformis, sed sufficit esse conformem rectæ rationi practicè, id est, sufficit, ut amplectatur id, quod ratio practica iudicat prudenter honestum esse, & legi contentaneum, licet forte non sit; & ita respondet etiam Becanus tract. 2. cap. 4. quest. 5. Dices rursum, quando ratio practica iudicat honestum esse quod à parte rei tale non est, non potest dici recta, sed erronea, seu errans. Respondeo cum eodem ibidem posse simul dici rectam, & erroneam diverso respectu; recta dici potest quia rectè facit officium suum, quantum in se est, proponendo voluntati ea, quæ prudenter iudicat esse proponenda; & ex alio capite erronea dici potest, quia quod iudicat honestum esse, re vera tale non est, atque ita respectu voluntatis dicitur recta, quia prudenter eam dirigit quantum satis est, ut ipsa non peccet, & hæc est rectitudo practica; & respectu objecti dicitur erronea, quia errat circa objectum putans esse honestum, cum à parte rei tale non sit; hoc tamen non obstat, quia ad regulandam, & rectificandam conscientiam in genere moris non semper est necessaria veritas iudicii speculativa; sed sufficit practica, ut dictum est.

16 Septimò addunt Doctores communiter, obligationem sequendi conscientiam rectam esse talem, ac tantam, quod nec Deus ipse dispensare possit, ut agat quis contra conscientiam. Ratio est, quia Deus non potest velie aliquid contrarium legi naturali, & æternæ, ut ait Scotus 3. distinct. 37. & ferrè omnes concedunt; si autem dispensaret in obligatione sequendi conscientiam rectam, dispensaret etiam in lege naturali, & æternæ, eod quod ipsa conscientia sit illius participatio, & intimatio. Confirmatur, quia dato etiam, quod Deus dispensare possit in lege naturali de potentia absoluta, id non alter facere posset, nisi tollendo præceptum pro illa vice, qua dispensaret, non autem ipso extante, at præceptum eatenus vim habet obligandi, quatenus notum est, & per conscientiam voluntati proponitur; ergo Deus dispensare non potest, ut iudicans quis extare præceptum, contra illud faciat. Denique ut arguit Averfa quest. 18. cit. sect. 15. vel Deus notificaret homini hanc dispensationem, vel non; si non, ergo operantem contra præceptum non exculeret; si sic jam

ille ex tali notitia sibi licitum iudicaret ex Dei dispensatione sic agere, atque ita contra conscientiam non operaretur, sed iuxta illam, & ad summum diceretur agere contra iudicium illud, quod aliqui habuissent, nisi dispensatione non novisset. Verè igitur dispensari non potest ut agat quis contra conscientiam etiam in sententia eorum, qui volunt Deum dispensare posse in præceptis naturalibus tam primæ, quam secundæ tabulæ; ita docent Vasquez, Salas, Martinez, Lezana, Cornexo, Montefinus, Pasqualigus, Oviedus, Averfa loc. cit. & alii communiter contra Almainum, Andream de Castronovo, & quosdam alios veteres, quos sequitur Faber nosser disp. 6. cit. cap. 2. in fine. Vulpes tamen disp. 71. cit. ait. ult. nobiscum tener.

16 Postremò hic quæri solet, quod, & quale peccatum sit discordare à conscientia recta, seu vera, & an agens contra conscientiam peccet speciali peccato contra speciale præceptum. Quidam cum Angello cap. 7. moral. part. 1. dub. 3. & Adrian. in 4. tr. de Confess. q. 4. dixerunt enim qui agit contra conscientiam veram peccare duplici culpa, una, quia facit contra legem, & altera, quia facit contra conscientiam, ac proinde debere in confessione explicare, quando peccavit contra verum conscientie iudicium. Ratio est, quia peccans contra conscientiam rectam, peccat contra duas regulas, scilicet contra ipsam conscientiam, & contra legem, vel leges illi per conscientiam intimatas.

Communis tamen Theologorum sententia tenet etiam in tali casu duplex peccatum non committi, & agere contra conscientiam non esse speciale peccatum, sed distinctum in specie iuxta speciem moralitatis, quæ proponitur in objecto, aut veniale, aut mortale pro distinctione, & quantitate materiarum; hoc enim iudicium est conditio universalis proponens, & quasi applicans unamquamque moralitatis speciem, unde si agas contra conscientiam distans tenei ex charitate succurrere proximo, peccas contra charitatem; si agas contra conscientiam distans tenei solvere debitum ex iustitia, peccas contra iustitiam, si agas contra conscientiam distans tenei ad Missam audiendam ex Religione, peccas contra Religionem in Missæ omissione, & sic in quibuscumque aliis materiis. Ita Vasquez, Salas, Valentia, Bardi, Corduba, Averfa Lezana, Granadus, Palaus, & alii passim. Ratio est, quia qui agit contra conscientiam peccat, quia facit id, quod iudicat malum esse; ergo ea malitia illi imputatur, quam agnoscit in objecto, & non alia, quia conscientia non asserit novam obligationem præter obligationem præcepti, aut virtutis, quam proponit; ergo sicut per diversos conscientie actus diverse malitiae cognoscuntur, ita diverse malitiae contrahuntur iuxta speciem moralitatis, quæ proponitur in objecto, & honestatis virtutis, quæ offenditur, & cui opponitur actio illa contra conscientiam facta; & planè passim homines delinquant, & committunt ea, quæ sciunt esse peccata, & agere contra conscientiam oppositum dicentem, nec propterea censentur in singulis actibus duo peccata committere; neque in Confessione id explicare solent.

17 Neque urget ratio in oppositum adducta, quia ut notat Lezana disp. 12. cit. quest. 2. duæ illæ regulæ ita se habent inter se ut una sit alteri subordinata & intimatio, ac applicatio ipsius, & sunt de una, & eadem honestate virtutis, ex oppositione ad quam attenditur distinctio specifica peccatorum, non autem ex diversitate præceptorum; constat enim quod furtum quamvis sit contra legem naturalem, & contra divinam, ac etiam humanam, non propterea est triplex peccatum, sed unum. Addendum tamen censet eam eodem Authore ibidem, quod si quis discordet à conscientia recta distans v. g. non furandum, honorandus esse parentes &c. & ita discordet, quod directè, & expressè intendat illi resistere aut legi per eam proposita; in tali casu præter peccatum illi legi oppositum, ulterius etiam peccat peccato speciali inobedientie, sed contra obedientiam, per quam præcipitur obedire legibus, & conscientie eas proponenti, ac intimanti, unde in tali casu etiam in confessione hoc speciale peccatum contra obedientiam exprimi debet; Quod si non intendat directè resistere conscientie, aut legi per eam intimatæ, sed solum sequatur aliquid bonum delectabile, aut utile, tunc non peccat peccato speciali inobedientie, sed solum peccato illi legi opposito, quæ per conscientiam proponitur, & intimatur, qualis in exemplis adductis est lex iustitiæ de non furando, & lex pietatis de parentibus honorandis, quia, ut dicebamus, conscientia novam obligationem non asserit præter obligationem præcepti, aut virtutis, quam proponit; ideoque absolute loquendo agere contra conscientiam non est speciale peccatum contra speciale præceptum, vel

vel virtutem; sed contra generalem quandam rationem præcipit, quæ ad talem rationem peccati determinatur ex tali, vel tali materia præcepta, quæ per conscientiam proponitur.

QUESTIO SECUNDA

Quænam sit obligatio Conscientie rectæ, seu falsæ, & quid de scrupulosa Conscientia sentiendum sit.

18 Quænam sit obligatio conscientie rectæ patet ex dictis quæst. præced. ubi probatum est, ut voluntas sit recta, debere concordare cum recta ratione, sed conscientia recta, tanquam cum regula actus humanos proximè dirigente, nobiscum objecti honestatem ostendente. Quoniam verò ipse contingit, ut humana ratio in proponendis objectis veritatem non attingat, cum interdum iudicet bonum, quod re ipsa malum est, & interdum iudicet malum, quod re ipsa tale non est, videndum est in hac quæstione, an in tali casu voluntas ductum rationis errantis sequi teneatur; Et non est quæstio pro casu quo Conscientia erronea aliquid proponat tanquam bonum ex consilio, tunc enim certum est non teneri hominem ipsi conformari, quia consilium nullam obligationem inducit, sed pro casu, quo proponat aliquid ut obligatorium, & ex præcepto. Hic autem supponendum est alibi dictis duplicem esse ignorantiam, ex qua error conscientie provenire potest; alia enim est ignorantia invincibilis, alia vincibilis. Prima est, quæ nullam morali diligentiam vincit, ac superari potuit, vel quia nunquam venit in mentem dubitare, quod ignoratur, vel licet in mentem venerit, adhibita tamen sufficienti inquisitione, & diligentia illa ignorantia expelli non potuit, nec proinde debuit, cum nemo ad impossibile teneatur. Et contra verò ignorantia vincibilis dicitur illa, quæ adhibita morali aliqua diligentia vinci, ac superari potuit, ac proinde debuit. Quia ergo Conscientia erronea, de qua in hac quæstione est sermo, ex hoc duplici capite provenire potest, nempe ex ignorantia invincibili, & inculpabili, vel ex vincibili, & culpabili; ita in primo casu appellatur conscientia erronea invincibilis, in secundo autem vincibilis, & de utraque hic agendum est.

ARTICULUS PRIMUS.

Explicatur obligatio Conscientie invincibiliter errantis.

19 Communis sententia Doctorum est, Conscientiam errantem esse ignorantia invincibiliter obligare voluntatem, ut eam positive sequatur, ita ut peccet, nisi dictamen illius in operando sequatur. Ita D. Thomas quæst. 18. art. 5. Scotus nosser a. sent. in Report. d. 39. §. Ad 3. quæstionem, ubi fundamentalem sterbit præmissam distinctionem de duplici Conscientia, scilicet vincibili, quam pravæ dispositionis appellat, quia culpabilis est; & invincibili, quam vocat simplicis negotiationis, eo quia inculpabilis est: & inquit secus dicendum esse de conscientia erronea ex ignorantia dispositionis, & ignorantia negotiationis; hæc enim obligat tam negativè, ne contra illam operemur, quam positive, ut eam sequamur; non sic ignorantia pravæ dispositionis, seu vincibilis, ut constabit art. seq. & ita loquuntur etiam Scorsite ibidem Bassolius, Tataricus, Faber disp. 6. cit. cap. 2. Vulpes disp. 71. cit. artic. 5. & omnes Recentiores passim censent hæc assertio nem esse de fide, quod deducunt ex illo ad Romanos 14. in fine Omne quod non est ex fide, peccatum est, hoc est, ut plures Patres exponunt, & refertur cap. litteris de rest. spoliat., & cap. ult. de Prescript. omne quod sit contra Conscientiam peccatum est, in quibus textibus, & decisionibus Innoc. III. generaliter est sermo de conscientia recta, ac erronea. Idem docere voluit Apoll. ad Galat. 5. dum ait: Testificor omni homini circumcidens se, quia debitor est universæ legi faciente, scilicet est conscientia erronea, quia putat quis se adhuc debere caeremonias legis veteris observare.

20 Ratione etiam probatur, quia licet prima regula humanarum actionum sit lex naturalis, aut positiva, proxima tamen regula necessariò debet esse ratio, per quam leges illæ cognoscuntur, & proponuntur; ergo non potest esse voluntas conformis, aut dissimilis legi, nisi per cognitionem eius, & ideo eundem modum malitie est operari contra legem cognitam, ac operari contra legem veram, quia objectum tribuit actui speciem, prout

Maximè Theolog. Mor.

hic, & nunc ab intellectu proponitur. Confirmatur, quia ideo voluntas tenetur conformari Conscientie rectæ ut dictum est præced. quæst. quia ea est practice vera, & actus prudentie, sed pariter Conscientia invincibiliter errat, est practice vera, & actus prudentie hæc enim de causa error conscientie ex ignorantia invincibilis est involuntarius, & inculpabilis, unde supposita ignorantia invincibili, quam habuit Jacob de Lya, quod esset sua uxor, dictamen conscientie, quod habuit de accedendo ad ipsam, fuit verum practice, & actus prudentie; ergo conscientia erronea invincibilis non minus obligat, quam conscientia absolute vera, atque ideo si hæc obligat positive, ut eam sequamur, sic pariter conscientia erronea invincibilis obligabit, quia talis conscientia se habet in existimatione operantis prudenti, & inculpabili, veluti absolute vera, & dicitur Conscientia recta secundum quid, seu in ordine ad nos. Ex quo inferatur actum illum, quo quis huic conscientie se conformat, eisdem esse bonitatis & virtutis, cuius esset, si talis conscientia esset vera, quia objectum, ut dicebamus, tribuit actui speciem, prout hic, & nunc ab intellectu proponitur, & actus ideo habet objectum formale, scilicet, eandem honestatem, & convenientiam ad regulas morum; & solum interest discrimen, quod per conscientiam veram objectum proponitur, ut est in respectu conscientiam veram invincibiliter erroneam proponitur ut existimatur invincibiliter esse, quod speciem actus non variat inesse moris.

21 Ex qua doctrina deducitur solutio illius dubii, an obligatio operandi obligationem Conscientiam sit legis naturalis, an verò legis positivæ; Siquidem cum conscientia vim ligandi non habeat ratione sui, sed ratione legis duntaxat, quam applicat, & lex pari ratione obligat, quando æqualiter cognoscitur, sive sit à parte rei, sive non ideo obligatio conscientie obligationi legis proportionari debet, quæ per Conscientiam proponitur, & applicatur; atque ita quando iudicium conscientie aliquid proponit, ut debitum ex lege naturali, obligatio naturalis erit, & quando illud proponit, ut debitum de lege positivæ, obligatio erit legis positivæ, & peccatum proportionatum erit cum illis, quæ in simili materia essent contra legem naturalem, vel positivam re ipsa latam. Habet autem conscientia etiam erronea vim obligandi ex duplici lege Dei; primo ex illa lege, qua voluntas tenetur sequi intellectus dictamen, & proxima suam regulam; unde sive intellectus erret in iudicando, sive non erret, voluntas illius iudicio stare debet; Deinde ex illa lege generali, qua voluntas tenetur amplecti bonum, & fugere malum, & iuxta modum, quo a potentia cognoscente sibi præscribitur, cum ipsa sit potentia cæca, non fugeret autem malum, si à iudicio intellectus discederet, quia tunc esset sine duce, ac proinde periculo erroris se exponeret, quod ex suo genere malum est.

22 Sed obicies nemo potest obligari ad malum; ergo si conscientia iudicat aliquid esse bonum, vel præceptum, quod re vera malum est, & prohibuit, ut si proponat esse mendacium ad salvandam vitam, non potest nos obligare ad id faciendum. Confirmatur, quia discordare à conscientia dictante mendacium non est discordare à lege Dei, sed potius est concordare illi, aliàs una esset alteri contraria, & cum mendacium sit intrinsecè malum, sicut Deus non potest ad id obligare, multò minus poterit conscientia. Tandem nulla potestas inferior contra legem superioris obligare potest; sed lex Dei, est ut non faciamus malum; ergo conscientia nostra, quæ est inferior Deo, non potest obligare ad oppositum illius, quod lex Dei præcipit.

23 Respondetur, neminem obligari ad malum sub ratione mali, posse tamen obligari ad malum, quod proponitur sub ratione boni, & invincibiliter iudicatur esse bonum, unde conscientia erronea invincibilis nullatenus ad peccatum obligat, id enim quod sit ex ejus dictamine, non est peccatum, sed potius bonum, ut patet in exemplo superius adducto Jacob accedentis ad Lyam, quam ex conscientia erronea invincibili uxorem suam esse putabat, talis enim actus fuit bonus, & non fuit malus, nisi solum materialiter; Quando igitur conscientia erronea est invincibilis, & dictat aliquid esse faciendum, quod re ipsa malum est, dicitur obligare ad malum, & peccatum materialiter duntaxat, non verò ad peccatum formaliter cum non cognoscat illud esse malum, & ignorantia invincibilis excuset à peccato; Quando autem conscientia erronea est vincibilis, utique non obligat, ut quis eam positive sequatur, quando proponit malum ut faciendum, constat enim malum esse fugiendum, & conscientiam vincibiliter erroneam à peccato non excusare; sed obligat ad eam deponendam, cum sit in nostra potestate eam deponere, ut dicemus art. seq. unde actus malus à conscientia erronea vincibili dictans

A 3 ideo

id est peccatum est, quia talis conscientia deponi potest, & debet; conscientia vero invincibiliter erronea non ita facile deponi potest, nec eam deponere tenemur; ideoque actus ab ea dictatus non est malus formaliter, sed est actus, vel verè bonus, ut volunt aliqui, vel saltem in existimatione operantis, ut dicunt alii.

24. Ad confirmationem, verum est discordare à conscientia dictante mendacium non esse discordare à lege Dei per se, & formaliter loquendo, potest tamen ita esse per accidens, materialiter, quia quod tunc obligat est ipsa lex naturalis, & divina, quæ conscientiam esse sequendam præcipit; contra quam legem facit, qui conscientiam non sequitur; & sic in eo casu sequens conscientiam mendacium dictantem non discordat à lege Dei, quod non est, unam legem contradicere alteri formaliter, & per se, sed solum materialiter, & per accidens ratione ignorantie, in quo nullum est inconveniens; ut bene dicitur Caspensis disput. 2. sect. 1. unde quamvis mendacium sit intrinsecè malum, potest adhuc voluntas obligari ad mentendum, non per se, sed per accidens, ratione nimirum conscientie erronee invincibiliter existimantis id esse præceptum; Deus autem cum habere nequeat, sicut creatus intellectus, iudicium erroneum, idè obligare non potest ad mentendum, sicut scitur esse contra præceptum superioris 3 obligare tamen, quando id quod proponit, invincibiliter creditur esse præceptum superioris, ut accidit in casu nostro de conscientia erronea; unde recedens ab ea peccaret; sicut peccaret subditus contemnendo legem superioris etiam falsò illi intimatam; sicut ergo inferior potest prædicto modo obligare subditum contra legem superioris ignorantiam; sic conscientia erronea voluntatem obligare potest ad mentendum hic, & nunc supposita divinæ legis ignorantia, in quo casu inferior non obligat contra superiorem, quia quod tunc obligat, ut dicebamus, est lex ipsa naturalis, & divina, quæ præcipit Conscientiam esse sequendam.

25. Dices, si quis habeat conscientiam erroneam, qua putat peccatum esse Deum diligere, Deum diligendo non peccare; implicat namque Deum diligere, & eadem dilectione Deum offendere; ergo falsum est operari contra conscientiam erroneam esse peccatum. Sic etiam, si quis ex conscientia erronea putet se teneri ad odio Deum habendum, sequitur non peccaturum, si odio habeat, quod omnino absurdum videtur. Respondent communiter Doctores, & præsertim Amicus disp. 25. sect. 2. posse quidem contra quamcumque virtutem peccari faciendo contra illud, quod conscientia erronea, tanquam bonum, & honestum falsò dicitur, impossibile tamen esse ex conscientia erronea peccari posse contra virtutem charitatis, eo quod ipsius munus est diligere Deum propter ipsum Deum; at hoc ipso quod aliquis putat peccatum esse diligere Deum, vel se teneri ad odio Deum habendum, non potest illum ex affectu charitatis diligere, & diligere Deum verè amore amicitie, & facere contra ejus voluntatem sunt omnino repugnantia, quam doctrina amplectitur etiam ex nostris Faber disp. 6. cit. cap. 2. numero 33. Et planè, ut ait Arriaga disp. 21. sect. 4. in hac materia talis ignorantia repugnare videtur, quomodo enim aliquis mentis compos sibi persuaderet poterit, facere se alicui gratiam, & servitium eum odio habendo, & operando ejus omnia mala, & ipsius carentiam? certe id videtur planè in terminis repugnare, atque idè omnino implicat aliquem actum charitatis ex conscientia erronea intrinsecè depravari eo modo, quo argumentum contendit.

26. Hic autem duplex occurrit difficultas; Prima est, an dictamen conscientie invincibiliter errantis magis obliget, quam præceptum superioris, & cui potius standum sit, cum in contrarium inclinatur? Aliqui dixerunt, magis obligare præceptum Principis, & Superioris quam conscientiam erroneam, & ita indicavit D. Bonavent. 3. d. 39. art. 1. q. 3. ad ult. ubi ait, quod plus standum est præcepto Prælati, quam conscientie, maxime quando Prælati ut præcipit id, quod potest & debet. Idem tenet Vulpes nostrer disp. 71. cit. art. 7. tamquam de mente etiam Scoti v. in report. d. 39. cit. ad 3. quæstionem, ubi inquit docere, quæ conscientiam erroneam ex errore imputabili minus obligare, quam præceptum Superioris, & semper magis peccare, qui talem conscientiam sequitur, quam qui sequitur præceptum Superioris contra iudicium propriæ conscientie, cum nullus per suam culpam absolvatur à lege Superioris.

Mihi tamen cum Fabro loc. cit. huic difficultati cum distin-

ctione respondendum videtur; & cum Caspensi disput. 1. sect. 5. Valquez part. 2. disput. 61. capit. 1. & aliis; aut enim conscientia est vincibilis, & potest deponi, aut omnino invincibilis, quæ adhuc posito Superioris præcepto deponi non potest; v. g. quando aliquis Superioris præcipit id, quod Subditus scit fuisse veritatem ab alio Superiori majore, quem ipse erroneè putat non revocasse præceptum, cum tamen Superior minor non præcipiat asserens tale præceptum fuisse revocatum, vel nunquam tale quid fuisse prohibitum à Principe superiore; Quando ergo iudicium conscientie prudenter deponi non potest, ut est de lege, in qua Superior præcipiens dispensare non potest, nec ignorantiam illam in subdito auferre, in hoc casu iudicium conscientie habet majorem vim obligandi, quam præceptum talis Superioris; & ratio est, quia sicut Conscientia tantum obligat ratione legis quam proponit, & applicat, non autem ratione sui, ut supra dictum est, ita obligat pro ratione talis legis; ergo quando non potest, fortior est in obligando, quam præceptum superioris, qui minorem vim habet obligandi, quam lex per conscientiam erroneam applicata; hæc enim proponit, & iudicat præceptum illud, contra quod præcepit Superior, esse præceptum Superioris majoris cui magis obedire tenetur, quam Superiori inferiori. Opinio autem D. Bonaventuræ, & Scoti intelligi debet, quando ignorantia, ex qua provenit conscientia erronea subditi, est vincibilis, & à Superiore præcipiente auferri potest docendo subditum illud, quod habet pro peccato non esse peccatum, & in quibus potest dispensare juxta regulam illam generalem; *Tantum est sequi sententiam Præpositi sui, & in iudicio illius propriam conscientiam deponere*; & in hoc sensu aperte loquitur Scotus loco citato, dum inquit, conscientiam erroneam subditi minus obligare, quam præceptum Superioris quando provenit ex errore imputabili; cum nullus per suam culpam absolvatur à lege Superioris; Unde significat subditi perseverare, & invincibiliter, non autem culpabiliter, dicendum est in tali casu Conscientiam erroneam magis obligare, & præcepto Superioris præferri debere, quod etiam tenet Bonacina disp. 2. q. 4. punct. 6.

27. Alia difficultas est, an quando Conscientia invincibiliter errans utramque partem contradictionis existimat esse peccatum, peccet voluntas alterutram partem amplectens; ut v. g. si quis in die festo assistens moribundo existimat esse peccatum mortale, tam omittere audire sacrum, quam deferere curam moribundi. Et quidem conveniunt omnes, si talis in ea perplexitate creditur unum ex illis duobus peccatis gravius altero esse credit tenetur non eligere gravius, quod si eligat, peccatum committit; homo enim tenetur vitare id, quod credit esse malum, & vitare, potest; cum ergo homo ille credit in altero peccato ex illis esse excessum malitiae, & possit vitare, si illud eligat, merito ipsi culpæ imputatur, & peccat. Difficultas ergo est, quando arbitrat in utroque peccato parem esse malitiam. Quidam dicunt hominem illum in proposito casu peccatum committere, si alteram eligat partem. Ratio est, quia actio illa peccatum est, quæ libera est, & ut talis fertur in objectum iudicatum malum; sed actio illius hominis in proposito casu est libera, & ut talis fertur in objectum iudicatum malum; ergo verè esset peccatum. Minor, in qua est difficultas, probatur; nam homo ille licet nequeat fugere utrumque partis malitiam, potest tamen fugere quamlibet determinatè; ergo quando unam partem cum determinata malitia proposuit eligit, libera actione amplectitur objectum iudicatum malum, atque idè illa electio, & actio peccatum est; ita Medina, Granados, Pasqualigus, & alii.

28. Probabilis tamen est, hominem illum non peccaturum quamcumque partem eligat in tali ignorantia constitutus; Ratio est quia ad peccandum non sufficit quecumque indifferentia, sed indifferentia moralis requiritur, quod scilicet, sit indifferentis nedium moraliter ad ponendum, vel non ponendum actum, sed etiam moraliter ad ponendum, vel non ponendum, quod non evenit in casu proposito, dum in utraque parte peccatum committitur. Confirmatur, nam sola cogitatio, qua quis existimat se peccaturum aliquid operando non sufficit ad peccandum, nisi actio illa liberè fiat; v. g. ille qui in carcere detinetur, quamvis se peccare existimet non audiendo sacrum, non propterea peccat, quia liberè illud audire non potest; sed in tali proposito utrumque præceptum adimpleri non potest, scilicet, assistere moribundo ex charitate, & sacrum audire ex Religione, ergo actio illa non est libera, nec consequenter peccaminosa; Unde agere contra conscientiam erroneam non est peccatum, nisi homo ille sit liber

liber ad agendum, vel non agendum, quod per eam dicitur; non verò quando est necessaria, ut est in casu proposito, in quo utrumque simul executioni mandari non potest, quod dicitur agendum. Ex quo patet, rationem pro opinione opposita adductam non valere, quia licet homo ille respectu cuiuslibet præcepti illorum signati in particulari sit liber, non tamen respectu amborum simul, ac proinde illa libertas potius est physica, quam moralis in ordine ad culpam; ad peccandum autem non sufficit indifferentia physica, ut dicebamus, sed etiam moralis requiritur: Verum tamen est, quod si in una parte majorem malitiam apprehenderet, quam in alia, minorem eligere tenetur, alioquin peccaret, ut dictum est, quia ad illum majorem excessum evitandum nedum physicam haberet libertatem, sed etiam moralem. Ita Sanchez, Rodericus, Becanus, Bonacina, Saccus, Caspensis, Morandus, Palau, Ovied. & alii quam plures.

ARTICULUS SECUNDUS.

Explicatur obligatio Conscientie vincibiliter errantis.

29. Communis etiam sententia Doctorum est, si error conscientie ex ignorantia vincibiliter procedat, tunc voluntatem neque ad operandum, neque ad non operandum obligari, sed ad illum errorem deponendum. Ita Sanctus Thomas quest. 18. artic. 6. D. Bonavent. a. dist. 36. artic. 1. quest. 3. Scotus ibidem in Report. ad 3. quest. Et quidem non quærit, ut eam positivè sequatur, probat Doctor ibidem, quia nullus per peccatum potest se absolvere à lege Divina obligante ad contrarium, sed habens talem conscientiam erroneam legem sibi astruit legi Divinæ contrariam, à cuius obligatione per eam simpliciter non absolvitur, cum error talis conscientie non excuset, quia vincibilis, & imputabilis est; ergo nullus obligatur ad sequendam conscientiam vincibiliter erroneam, quia adhuc juxta talem conscientiam, elicitus in re peccaminosus est, cum talis ignorantia non excuset, quia vincibilis, & voluntaria est. Quod verò neque obliget ad faciendum contrarium probatur, quia si conscientiam non deponat, agit contra illam, qua qualicumque sit semper est proxima voluntatis regula, contra quam agere nullatenus licitum est; unde Apollonius inquit: *Testifio omni homini circumcidens se: quia debitor est universæ legi faciendæ*; in quantum scilicet iudicat ex conscientia vincibiliter erronea Moyses legis observantiam esse necessariam; ergo quilibet proximè, immediate, & directè tenetur ad talem conscientiam deponendam, quia operando, vel non operando secundum eam utrobique peccaret, ad quod nullus obligari potest, sed tantum ad talem conscientiam deponendam, cum, ut supponimus, id possit, vel applicando intellectum ad id attentius considerandum, in quo se falli suspicatur, vel pii alicujus, & prudentis viri consilium exquirendo, propriumque iudicium illi humiliter submittendo. Confirmatur ex Basilio d. 39. cit. quest. unic. artic. 4. ad illud directè obligatur habens conscientiam vincibiliter erroneam, quo omnino ipse incurrit necessitatem peccandi, & est perplexus; sed habens conscientiam vincibiliter erroneam, nisi illam deponat, in aliquo tempore, vel instanti talem incurrit necessitatem peccandi, quia si facit secundum conscientiam, peccat, si non facit, etiam peccat, ut probatum est; si enim juxta talem conscientiam operatur, transgreditur Divinam legem, nec illius mali ignorantia excuset, quia vincibilis, & proinde voluntaria est; si rursus contrarium, agit contra conscientiam sibi vifam sequendam, contentens bonum, vel iustum existimatum; ergo immediate, & directè hæc Conscientia ad ejus depositionem obligat voluntatem. In hoc itaque omnes conveniunt, ut dicebamus; solum ergo est quæstio inter Theologos, posteo quod quis non deponat talem conscientiam, & posteo quod perseveret, ad quid tenetur.

30. Aliqui dixerunt, Conscientiam vincibiliter erroneam in tali casu non obligare positivè, ut factum secundum ipsam, sed solum negativè, scilicet, ut non faciamus contra illam: Unde dicunt, hoc verari dixerim inter Conscientiam invincibiliter errantem, & vincibiliter, quod illa obligat nos dupliciter, nimirum ad non faciendum aliquid contra ipsam, & rursus ad sequendum dictamen, & iudicium ejus; ista verò obligat uno tantum modo, scilicet, ad non faciendum eam positivè; ita Valquez, Palau, Corduba, Caspensis, Faber, & Montregalis ex nostris, & plures alii. Verum hic dicendi modus, quamvis factus disput. 12. cit. q. 4. idem re vera est non facere contra conscientiam, ac facere secundum illam; in communi enim omnium

Magistri Theolog. Moral.

existimatione idem est non facere contra aliquod præceptum v. g. audiendi Missam, ac facere secundum illud, quia non facere contra aliquod præceptum est abstinere à transgressione illius, & abstinere à transgressione illius est adimplere illud, quod est facere secundum illud.

31. Alii proinde dicunt, hominem teneri se conformare conscientie erronee vincibili, & peccare non esse conformandum ipsi, dum acta perseverat; ita Medina, Suarez, Martiæz, Salas, Caspensis, Morandus, Lorea, Meratius, Serra, Granados, Cornexo, Montefinos, Malderus, & plures alii; Quod probant eadem ratione, qua id probatum est de Conscientia invincibiliter errante; cum enim voluntas esse se sit potentia cæca, & tenetur sequi bonum honestum, tenetur etiam sequi illud bonum, quod solum pro honesto sibi proponitur à suo ductore, scilicet, intellectu; sive ergo conscientia erronea sit invincibilis, sive vincibilis tenetur voluntas ipsi conformari, alias appetet bonum non honestum, quod est peccare. Sed neque hic dicendi modus mihi satisfacere videtur, quia stante hac doctrina obligamur ad malum, & peccatum non tantum ut materialiter tale, ut evenit quando Conscientia invincibiliter errat, sed etiam formaliter, quia Conscientia vincibilis non excusat; qua de causa dicebamus art. præced. nu. 23. quod quando Conscientia erronea est vincibilis, & proponit malum, ut faciendum sub ratione honesti, non obligat ut eam positivè sequamur, quia tunc obligamur ad malum, non tantum ut materialiter tale, sed etiam formaliter, quia conscientia vincibilis à peccato non excusat, sed obligat ad eam deponendam, cum sit in potestate nostra eam deponere adhibita morali diligentia; unde malum, quod sit ex tali conscientia erronea dictante illud esse faciendum, est indirectè voluntarium, ideoque imputatur ad culpam.

32. Alii tandem ad hanc doctrinam tuendam dicunt, quod qui erroneè iudicat aliquid esse bonum, aut non malum, quod revera à parte rei malum est, ex ignorantia vincibilis per culpam antecedentem, non peccat se conformando errori, imò bene facit, licet peccaverit antecedenter, quando omisit instructionem, aut veram notitiam acquirere; ita Poncius ex nostris disp. 24. quest. 2. licet fateatur esse contra communio rem sententiam, quæ tenet facientem, quod malum est, ex ignorantia vincibilis sive crassa, sive affectata, non excusari: Hoc autem probat, quia probabilissimum est occisionem commissam in ebrietate non esse novum peccatum distinctum à peccato commisso, quando voluit quis se inebriare; sed de hoc eadem ratio est, ac de præsentis conclusione. Confirmatur, quia si peccaret in tali casu sequendo conscientiam vincibiliter errantem, posset aliquis suspicari esse in statu perplexo, in quo scilicet, necessario peccaret, sed hoc non est dicendum, cum non videatur congruere bonitati, & misericordie infinitæ Dei, ergo &c.

33. Cæterum omnino falsum est, actum de se malum evadere bonum, si fiat ex ignorantia vincibilis, ut late docuit D. Bernardus lib. de præcepto, & dispensat. & clarius epist. 77. quia opus malum non efficitur bonum, eo quia creditur esse bonum per conscientiam erroneam vincibilem, quia ignorantia vincibilis à peccato non excusat, cum annexum habeat voluntarium sufficiens ad peccatum; dum enim quis potest, ac debet scire aliquid esse malum, & nolens, ac negligens scire id facit, verè peccat, & opus malum est et voluntarium in causa, quod satis est ad reatum culpæ, & hæc ratione ignorantia vincibilis dicitur non excusare; Nec ratio à Poncio adducta oppositum convincit; quamvis enim occisio in ebrietate commissa non sit novum peccatum distinctum à peccato commisso quando quis inebriari voluit, non ob id sequitur esse actum bonum, & bene facere qui in ebrietate occidit; Unde solum sequitur, qui erroneè iudicat aliquid esse bonum, quod tale non est, & facit illud post jam neglectam instructionem, non peccare duobus peccatis, sed uno tantum non volendi conscientiam illam deponere, ut tenetur; quia verò in non deponitione erroris non est alia malitia, quam quod sit causa amplectendi objectum malum per eam conscientiam propositum, idè tunc peccabit ille ea specie peccati, in qua ei representatur malum illud objectum, ut bene dicitur Arriaga disp. 21. sect. 4. num. 22. unde si putet v. g. se teneri ex charitate ad mentendum pro salvanda proximi vita, peccabit contra charitatem non mentiendo, & sic discurrendum est de actibus contra alias virtutes. Ad confirmationem respondeo, hominem in eo casu constitutum solum ex hypotesi, & ex suppositione necessario peccare, quia si conscientia erronea perseveret, non potest effugere peccatum alterutram partem eligendo; simpliciter tamen, & absolute loquendo non necessario peccat, quia potest, ac debet conscientiam erroneam deponere, cum sit error vincibilis, culpabilis; & unde in tali casu in-

ria, & cum dicitur malum dicitur mala; quia etiam ratio...

Secundo, quomvis Theologi communiter, ut dicebam...

Quarto ex dictis deducitur, quid sit conscientia, & quomodo...

Quinto tandem per hoc etiam conscientia differt a scientia...

Tertio, itaque hic capitur conscientia pro dictamine...

aut malam moraliter, & vocatur a Bernardo de Considerat...

Quarto ex dictis deducitur, quid sit conscientia, & quomodo...

Quinto tandem per hoc etiam conscientia differt a scientia...

Tertio, itaque hic capitur conscientia pro dictamine...

contrarium, ergo perjurium hoc, de quo nunc cogito, & de...

ARTICULUS SECUNDUS.

Quomplex sit Conscientia, & quae sit obligatio.

Quoad primam articuli partem Conscientia non eodem...

Primo Conscientia recta non eodem modo ob omnibus...

Secundo Conscientia erronea communiter definitur esse...

aliquid esse verum iudicat, quod a parte rei est falsum, &...

Tertio conscientia dubia dicitur, quae neutri parti de...

Quarto conscientia probabilis, quae etiam opinativa dicitur...

Quinto Conscientia scrupulosa est, quando inani, & frivola...

Quinto Conscientia scrupulosa est, quando inani, & frivola...

3ae

3ae

est eligenda. Et tandem ex vulgata D. Gregorii auctoritate ad Augustinum Anglorum Episcopum, quae refertur c. 4. d. 5. Bonarum mentium est sibi timere culpam, ubi culpa non est.

Respondetur cum Sanchez in Opere morali lib. 1. cap. 10. Bonacina disp. 2. q. 2. punct. 8. & aliis in e. cit. sermone esse non de scrupulo proprie dicto, sed potius de dubio, per quod tollitur assensus alterius partis; per scrupulum vero proprie dictum non tollitur assensus alterius partis, ut constat ex dictis. Ad Confirmationem pariter dicendum est commune illud axioma intelligendum esse de dubio proprie dicto, in quo servande sunt regulae q. seq. assignandae, non vero de scrupulo proprie accepto, qui importat inanem suspensionem ex levibus causis ornam, qua quis putat esse peccatum, quod re vera non est; unde non modo licitum est, verum etiam interdum necessarium contra scrupulos agere ad conscientiam sedandam. Ad ultimum ait Navarrus cum Gersono, timere culpam, ubi re vera non est, esse quidem signum animi ad bonitatem propensum, per se tamen bonum non esse, sed scientiae, atque iudicii defectum; sed potius dicendum est conscientiam scrupulosam aliquando etiam fumi pro conscientia timorata, vera, & rationali, quod sensu intelligitur illud Prov. 28. *Beatus homo, qui semper est peccatus*; & illud Eccles. 5. *De propitio peccato noli esse sine metu*, & sic etiam intelligenda est allata D. Gregorii auctoritas; aliam etiam affert solutionem Layman in praesenti ex ipso contextu elicita, sed nostra sufficiens est.

43 Quoniam vero conscientia scrupulosa semper est valde periculosa, ideo absolute loquendo praestat ipsam deponere, quam retinere, & contra ipsam agere, pro cuius depositione varia solent a Moralibus assignari remedia, inter quae potissimum, & optimum ab omnibus censetur conscientiam disponere ad consilium docti, prudentis, & boni confessorii, & eius sententiae omnino acquiescere; siquidem scrupulosa conscientia, licet ex aliis capitibus procedere possit, praesertim tamen ex ignorantia ortum ducit, quam frequenter pateat solos simplices, & idiotas nimis scrupulosos esse, ideo optimum remedium eis est testimonium Doctorum in Ecclesia ex divina institutione ad simplices erudiendos, ut ait Apostolus ad Ephesios cap. 4. *Alios dedit Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum in adificationem corporis Christi*. Hoc etiam remedium assignat pro scrupulosis D. Bonavent. 2. d. 39. art. 2. quae. 3. in fine ubi ait, quod nemo perplexus est simpliciter, eo quod debet illam conscientiam deponere, & si nescit legem Dei debet sapientiores consulere, vel per orationem se ad Deum convertere, si humanum consilium deest, alioquin si negligens est, verificatur in eo quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 14. *qui ignorat ignorabitur*, & quia confessio non est ut laquei iniciantur, sed ut bona fide, & sufficienti diligentia praemissa aperiantur confessoria propria crimina, & semel aperta sepeliantur; qui semel hanc adhibuit diligentiam pro scrupulis expellendis, potest probabiliter credere se huic obligationi sufficienter satisfecisse, dum contrarium sibi non confiterit; nec Confessarius frequenter scrupulosis dubia admittere debet, nec facile se ad eundem gratia interrogandi de similibus dubiis excipere, si antea sufficienter fuit ab eo instructus, ut Navarrus, Montfregalis noster, & alii passim advertunt.

44 Aliam quoque regulam pro scrupulosis solent assignare Morales, quam refert Abellius tract. de Actibus humanis sect. 5. §. 4. in fine, & est quod persona timorata conscientiae, quae citius mori eligeret, quam data opera Deo displicere, in his casibus in quibus dignoscere non potest, an peccaverit, necne, v. gr. an consensum plenum, & deliberatum alicui tentationi praebuerit, tunc sibi persuadere potest se non consensisse deliberate, nec ullum peccatum saltem mortale commississe; cum si non possit, quin consensum illum plene adverberisset, si deliberate tentationi illi consensisset. Secus vero dicendum de iis, qui in varia peccata mortalia crebro incurunt; illis siquidem tutius est in scrupulis rigidiorum partem amplecti, seque peccati reos agnoscere, & confiteri, quam periculosè adulari, cum tales ut plurimum ob peccandi assuetudinem peccatorum stimulum vix percipiant. Quare optimum est documentum, quod praebet Avera q. 18. sect. 22. in fine poenitentibus, & Confessariis, quod poenitentes, qui se scrupulosos credunt, attendere debent, ne praetereu scrupulos evitandi, nimiam sibi licentiam usurpent, & in eundem pro scrupulis vera, & recta Conscientia dictamina contemnant, magnas trabes festucas reputent, & quasi pulices Camelos deglutiant: Attendere etiam debent Confessarii, ne eodem praetereu inducti, plusquam par est, poenitentibus indulgant, neve illis, quorum scrupulos expediebat pro rigore fovere, in discretam studeant pietate favere.

QUESTIO TERTIA.

An voluntas licite operari possit ex Conscientia dubia.

45 Conscientia dubia, ut constat ex dictis quae. 1. art. 2. dicitur illa, quae nec uni parti contradictionis determinate assentit, nec alteri, sed accipit manet inter utramque, & quae propter rationes utrinque aequaliter moventes non inclinatur magis in unam, quam in alteram partem; unde dubium accipitur in praesenti pro eo, quod contingit, quando intellectus inter duas partes oppositas haeret suspensus, neutri praebens assensum, ne probabiliter quidem, alioquin non esset status dubii, de quo modo agimus, sed esset status opinionis, de quo quae. 3. dist. 39. continetur, quando intellectus suspendit iudicium, neutri parti assentiendo, sive talis suspensio contingat per meram carentiam omnis actus, quod dici solet dubium negativum, sive per actum positivum haesitationis, & perplexitatis inter duas partes; & rursus sive id procedat ex defectu rationis probabilis hinc inde, sive ex aequali, vel quasi aequali rationum pondere hinc inde militantium, inter quas intellectus sufficienter discernere nequit.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quae. 1.

46 Primò pro quaestione resolutione Doctores advertunt Conscientiam dupliciter dici posse dubiam, vel praesertim illam, vel speculativè dicitur dubia speculativè, quando quis extra exercitium dubitat de re secundum se considerata, an hoc, vel illud sit licitum, necne: tunc autem dicitur dubia practica, quando est de re prout hic, & nunc cum omnibus suis circumstantiis, & in ordine ad operationem, seu quando in ipso exercitio operationis sit ita dispositus, ut non iudicet se bene agere, sed dubius sit; quod ita declarat; Potest quis dubitare, an hodie sit praecipuum jejuniandi, vel an res, quam possidet sua, & hoc est habere conscientiam speculativè dubiam; & potest dubitare, an teneatur talem rem restituere, vel hodie jejuniare propter aliquas circumstantias, quae id impediunt, & excusare possunt, & hoc est habere conscientiam practice dubiam. Deinde conscientia dubia, sive dubium duplex esse potest, dubium scilicet juris, & dubium facti; dubium juris contingit, quando dubitatur, an lex aliqua sit lata, ex qua pendet, quod aliqua operatio humana licite, vel illicitè exerceri possit, ut si dubitetur, an sit praecipuum hodie audiendi Missam, vel jejuniandi; dubium facti est cum quis dubitat, an opus aliquod factum sit, ut si dubites, an jejunium transgressus fueris, an hominem occideris, ex quo factum pendere solet honestas alterius actionis distincta, ut ex dubio validitatis matrimonii pendet honestas, vel inhonestas concubitus.

47 Secundo, hoc praenotato Doctores communiter dicunt illicitum esse operari ex Conscientia practice dubitante, & ita praesertim affirmat Scotus quae. 2. Prologi in fine, ubi ait peccare operantem sine iudicio conscientiae firmo, seu determinato, quo iudicet non esse malum, vel peccatum hoc, quod agere intendit, imò dubitat esse peccatum; & probat quia qui operatur cum dubio practico manifestè se exponit periculo errandi, ergo impudenter operatur, & per consequens peccat, quia recta operatio nascitur ex prudentia, & qui amat periculum peribit in illo, Eccles. cap. 3. atque ideo exponens se periculo peccandi cum tali dubio operando, peccat, & perit in illo: Et quidem peccat, inquit Doctor, pro qualitate dubii, & in ea specie peccat, de qua dubitat, v. g. si dubitet, an peccet mortaliter, peccat mortaliter, etiam si forte actus non est talis ex genere suo; item si dubitet, an furetur, malitiam furti contrahit; & ratio est, quia ea specie peccati peccat, cuius periculo se exponit operando cum dubio practico.

Confirmatur ex illo Apostoli Rom. 14. omne quod non est ex fide peccatum est, ubi notanter dicit, omne quod non est ex fide, non autem omne quod est contra fidem peccatum est, ut includeret non solum opus factum contra conscientiam, sed etiam opus non procedens ex certo testimonio, & fide conscientiae esse peccatum; cum ergo qui operatur ex conscientia practice dubia, tali dictamine careat, quia dubitat, an sit licitum operari, consequenter peccare dicendus est. Itaque hic maxime regula illa amplectenda est, quod in dubiis tutior pars est eligenda, hoc est, qui dubitat non aliquid sit peccatum, tenetur abstinere ab operatione, dum ex altera parte certum est ei, ac tutum abstinendo ab eo opere non peccare.

48 Tertio communiter etiam Doctores conveniunt, non esse peccatum facere aliquid, vel omittere cum dubio speculativo, dummodo practice iudicet operans hic, & nunc tale opus sibi esse licitum. Ratio est, quia regula nostrarum actionum non est notitia speculativa, quae in obiecti veritate cognoscenda consistit, sed practica, quae omnium circumstantiarum qualitate, & conditione obiectum, quod secundum se, & speculative consideratum apparere dubium, reddi practice licitum, ut circa illud his tantibus circumstantiis operari sit licitum; licet poterit voluntas ipsi conformari, non obstante dubio speculativo declaratur exemplis. Primum est de eo, qui dubitat speculativè, an res, quam possidet, sit sua, qui si alias practice iudicet sibi licere eam retinere, eo quod in dubiis melior est conditio possidentis, licet illam retinere potest; Alterum est de Sacerdote aegroti, qui considerata qualitate morbi, quo laborat, speculativè dubitat, an sibi liceat a Divini officii recitatione cessare, accedente vero Medici, vel Confessarii consilio, practice fit certus sibi licere; Tertium est de milite, qui speculativè dubitat de iustitia belli, qui tamen si alias credit sibi licere in eo militare, eo quod id sibi praecipitur a suo Principe, & quia in dubiis standum est iudicio superioris, licet poterit militare: Ex quibus exemplis constat ex alio principio pendere dubium speculativum, & ex alio practicum certitudinem, ac prout nihil obstat, quia cum dubio speculativo simul consistere possit iudicium practicum verum, & certum, quia iudicii speculativi, & practici veritas, & certitudo ex diversis principiis, & rationibus pendet. Quare licet iudicium practicum supponat semper aliquid iudicium speculativum, tamen proxime oritur ex propriis principiis practici, quae practica principia non semper ex mera rei veritate sumuntur in se considerata, sed sepe ex variis circumstantiis occurrentibus, quibus omnibus prout pensatis, iudicatur ratio practica, quid hic, & nunc agendum sit in tali casu, ex quo fit, ut possit esse certitudo practica cum dubitatione speculativa. Ita Amicus, Lezana, Caspensis, Oviedus, Becanus, Morandus, Abellinus, Bonacina, & alii passim.

49 Quarto conveniunt etiam Doctores ut plurimum in hoc, quod Conscientia existente dubia de utraque contradictionis parte, & dubium peccati pro utraque parte molestat, tutior pars se eligi debet, ut dubitans adhibeat diligentiam, quam potest ad dubium prudenter deponendum, vel petendo consilium, vel ex discurrendo, & Deum rogando, ut eum illuminet, & si adhuc pro neutra parte dubium deponere, eligat illam, in qua minus malum ei apparet, quia haec censetur tutior in tali casu iuxta regulam, quod ex duobus malis minus est eligendum, cap. duo mala, & cap. Nervus, distinctio. 13. si necessarii operari debeat. Fundamentum est, quoniam semel concessio, quod in dubia conscientia operari non liceat, necessario sequitur in dubio tutiorem partem esse eligendam, quia recta ratio dicitur ex duobus malis minus semper eligendum esse; quod etiam in malis poenalis ipsa natura dicitur, dum potius eligit brachium, quam caput impendenti istui obliocere.

Cum autem in tali casu ex duobus malis minus eligatur ad vitandum majus, peccatum non committitur, quia cum dicitur ex duobus malis minus eligendum esse ad vitandum majus, nolumus affirmare, in eo casu se operantem peccare, minus tamen, quam si eligeret majus ad vitandum minus, sed nullo pacto peccare, quia tunc non eligit illud, ut malum, sed ut minus malum, atque ad id bonum; pensatis enim omnibus in tali casu nihil facere potest, quod melius sit; quare sic operans debet sibi certum iudicium formare, quo existimet licitum sibi esse in tali casu operari id, quod aliis sibi licitum non esset; Quod si contingat, ut utrumque aequè, vel ferè aequè malum appareat, licebit eligere, quod voluerit, & si bona fide procedit, non peccabit, quia nunquam alicui simpliciter necessarium est peccare, sed quolibet tempore poterit rectè operari, si pro rerum eventu, & conditione faciat, quod in se est, quae doctrina vera est etiam in eo, qui propria culpa in tales incidit angustias, modo in tali statu constitutus de praeterita negligentia doleat, & quantum in se est faciat; Tum qui in tali casu supponitur facta sufficienter diligentia ad dubium deponendum, quare si adhuc perseveret in eodem statu, dubium redditur invincibile, atque ideo non peccabit quamcumque partem eligat in tali statu constitutus, ut in simili casu dicebamus q. praeced. art. 1. n. 27. de Conscientia invincibiliter errante; ita Amicus, Avera, Becanus, Morandus, & alii passim.

50 Quintò praeterea conveniunt Doctores, quod quando dicitur practice dubitantem, an sibi liceat hic, & nunc operari, vel non operari, in eo casu tutiorem partem esse ab eo eli-

gendam, dum dubium illud practicum non deponitur, verus sensus illius axiomaticus in dubiis tutior pars est eligenda, quod habetur cap. ad audientiam, & cap. significasti, & pluribus aliis non est, quod etiam contraria pars esset tuta, & ista tutior, sed quod sit eligenda pars tuta, & sicura, & hoc esse tutius: Verbi gratia quando quis practice dubitat, an teneatur jejuniare, teneatur sanè, donec dubium illud non deponat; neque sensus est, quod in omni dubio iuris, & facti semper sit eligenda pars tutior, nam in pluribus materiis postsumus etiam eligere minus tutam, dummodo absit periculum peccati, ut constabit ex dicendis articulis sequentibus. Sed sensus est, quod si quis dubitet de honestate actionis hie, & nunc practice, nisi deponatur dubium, teneatur, eligere partem tutiorem, scilicet id in quo nequeat peccare, nec peccandi periculum incurere. Ita Sanchez, Oviedus, Palas, Caspensis, Morandus, & plures alii. Quomodo autem deponenda sit conscientia dubia, eodem modo discurrendum est, sicut dictum est de erronea quae praecedent. art. 2. num. 38. non enim potest ad libitum operantis deponi, & ex ejus solo voluntatis imperio, si ex aliqua probabilis conjectura concepta fuit, quia non minus periculo peccandi exponitur, qui erronea conscientia tenetur deposita oppositum operatur, quam qui operatur cum conscientia dubia; quare attendendum est ad qualitatem rationis, & motivi, unde tale dubium conceptum fuit; nam si ex probabilis ratione, & conjectura tale dubium conceptum fuit, plane absque nova ratione opposita probabilis expelli non poterit, quia licite, & honestè operari non possumus, nisi dubio prudenter, & caute depositos, quod si illud ex levi causa, vel propria voluntate conceptum fuit, utique in tali casu etiam illa voluntate operantis, ac ad ejus libitum poterit deponi.

51 Sed contra dicta obicies illicitum non esse operari ex conscientia dubia, quia non est peccatum, nisi voluntarium; sed agens aliquid ex conscientia dubia, quod sit peccatum mortale, non intendit mortaliter peccare, quia si determinatè sciret esse mortale, non ageret; ergo mortaliter non peccat. Confirmatur, quia opus humanum ex dubia conscientia elicitum non caret retributione sibi debita, quia nullam praecedit conscientiae iudicium dictans opus illud esse illicitum, nec nulla praecedit recta ratio, cui conformari debet; ergo non est peccaminosum. Demum, plus peccat operans secundum conscientiam certam peccandi mortaliter, quam secundum conscientiam dubiam, sed ille peccat mortaliter; ergo iste solum venialiter, alioquin non minus peccaret.

Respondeo, negando minorem, eo enim ipso, quod se exponit periculo peccandi mortaliter, sicut facit quando operatur ex conscientia dubia, eo ipso censetur mortaliter peccare vel saltem implicite, qui enim amat periculum, peribit in illo ex Ecclesiast. 3. Ad Confirmationem negatur assumptum cum ejus probatione; licet enim non praecedat iudicium determinatè dictans opus illud esse illicitum, praecedit tamen dictans periculosum esse cum tali dubio operari, & à tali periculo praevendum esse ex lege à Deo revelata in Scriptura Joec. citat.

Ad ultimum conceditur assumptum, si plus, & minus accipiantur intra eandem speciem peccati mortalis, non vero extra; nam exponens se periculo peccandi mortaliter, quantum est ex se intendit mortaliter peccare, licet hoc sit minus peccatum quam si se ipsa esset consummatum.

ARTICULUS SECUNDUS.

An in dubio Juris, vel facti tutior pars semper sit eligenda.

52 Theologi recentiores hoc loco tractant de obligatione hominis in multis casibus dubiis, scilicet legis, praecipii, voti restitutionis, irregularitatis, & similibus; qui tamen casus sine confusione procedendo ad singulares pertinent Theologiae Moralis Tractatus, utpotè qui continent speciales, & diversas difficultates ad proprios Tractatus spectantes, quare hoc loco solum regulas aliquas generales pro similibus casibus afferemus. In hac itaque regula generali communiter Doctores conveniunt, quod tunc dubio Jure Juris, sive facti, & non adhibita diligentia ad veritatem addiscendam, malum est eligere partem minus tutam, sed tutiorem sequi oportet; & ratio est obvia; quia dum quis dubitat, an extet certum Jus, vel ad sit certa conditio facti, quia opus reddatur malum, & prohibendum, quamvis si vellet in tali dubio partem omnino tutam sequi, non teneatur ullam aliam diligentiam adhibere, alias tamen omnino teneatur ad minus inquirere, qualiter res se habeat; quare, si tali diligentia ad adhibita operatur partem minus tutam eligendo, plane peccat, etiam si fortè à parte rei illud non sit peccatum ex genere suo, nempe ratio-